



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Consideratio Prima. Quid sit Æternitas?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

CONSIDERATIONES DE ÆTERNITATE

CONSIDERATIO I.

Quid sit Æternitas?

Simonides
quid sente-
tit de Deo



INTERROGATUS Simonides ab Hierone Rege Siculo, inquit Cicero lib. primo de Nat. Deorum, quid Deus sit, diem a-

num huic considerationi petiit: elapso illo nondum sibi liquere dixit, & biduum in eamdem delib-
erationem postulavit. Elapso

& biduo, triduum sibi deposcit, denique id unum re-
spondit, quo plus cogitaret, plus cogitandum occurre-
re; minus atque minus expediri se, quò diutius in hac
cogitatione luctaretur. Cogitaturis nobis de Æternita-

Definitio
æternita-
tis.

te, primum omnium illud se offert querendum princi-
pium, quid est Æternitas? Boetius libro 5. de Consol.
prosa 6. ait, esse interminabilis vita totam simul & per-

Quid Pla-
to senserit
de Deo.

fectam possessionem. Nemo æger feret, si dicamus id
sciri non posse, & quò plus indagetur, plus indagand-
um relinqui, & quomodo enim definiti possit, quod
nullos habet fines: si quis urgeat & vel umbratilem de-
lineationem cupiat; negando id fieri facilius quam af-

In celo nò
est dolor.

firmando putamus. Ita de Deo Plato in Timæo: Quid
Deus sit, ait, non novi, quid non sit novi. Ita Hip-
ponensis Præsul August. serm. 64. de verbis Domini,
veram illam apud superos beatitudinem depingit, om-
nem cuiuscunque mali cogitationem ab eà removen-

Anima ho-
mizon æter-
nitatis &
temporis.

do: Facilius, ait, invenimus quid ibi non sit, quam
quid sit. In celo non est dolor, non tristitia, nulla pe-
nuria, defectus nullus, non morbus, non mors, nullum
malum. Ita & de ÆTERNITATE loqui possumus.

Quidquid enim in hac vitâ videmus, & per exteriores
sensus admittimus, ÆTERNVM non est. Quæ enim
videntur (ait D. Paulus 2. Corinth. 4.) temporalia sunt,
quæ autem non videntur ÆTERNA sunt. Ita dicere li-
cet; hoc meum gaudium, hæc voluptas mea & delicia;

hæc thesaurus, honor iste, hoc superbum ædificium, hæc
vita mea, fluxa sunt, caduca sunt, ÆTERNA non sunt.
Ita quocunque digitum intendamus, moritura ostendit-
mus. Vulgi voces sunt: hæc structura æterna est, hoc
monumentum immortale. Ita & impatiens æternos
suos dolores esse queritur. Sed breves nimium sunt
æternitates istæ, quas facile est verbis comprehendere;
de verâ æternitate quidquid dicamus, minus dicemus.
Sic Augustinus in psalmum 63. Quidquid vis, inquit,
dicis de æternitate: ideo autem quidquid vis dicis, quia quid-
quid dixeris, minus dicis. Sed ideo necesse est aliquid dicat,
ut sit unde cogites, quod non potest dici. Trismegistus in
Asclepio suo: Anima, inquit, horizon est æternitatis &
temporis; quæ enim immortalis, æternitatis est particeps, quæ
verò corpori à Deo infusa, particeps est temporis. Ante-
quam verò ulterius progrediamur, ordini servando vi-
deamus quid præci ævi homines, quid Romani, Græci,
Ægyptii, aliique de æternitate senserint. Certè agno-
verunt hanc, & variè depinxerunt.

Symbola
æternitatis
i. Annu-
lus,

I. Varii veterum de æternitate sensus & pictura.
Primò, repræsentarunt æternitatem per Annulum,
seu Circulum, quæ principio caret & fine, nullâ
sui parte incipit, nullâ desinit, quod divinæ æterni-
tatis Tom. I.

Atati proprium. Ita cum Deus æternus, & ipsius du-
ratio, propriè dicatur æternitas, Ægyptiis circulus
Deum significabat. Persæ olim putabant à se tunc
quàm maximos honores deferri Deo, si editissimâ
conscensâ turri, calî circulum, illum appellarent.

Quin & Turcis in more positum (uti Pierius fusi-
doct.) mane ex altissimâ speculâ vociferari: Deus
semper fuit semperque erit: simul & Mahometem
suum salutare. Sarraceni etiam Deum circulum no-
minabant. Mercurius ille Trismegistus, quem dixi, no-
minatissimus Philosophorum (qui tot libros scripsit
quor nullus mortalium; si Seneca & Menæco credi-
mus) Deum sphaeram intellectualem esse dixit, cujus
centrum sit ubique, circumferentia nulquam, quia
nulquam majestas Dei & immensitas terminantur. Eâ
de causâ veteres diis suis templa struxerunt rotunda,

sic Numa Pompilius Romæ rotundam ædem ferre
sacrassæ Vestæ, sic Augustus Cæsar, Agrippæ nomine
Diis omnibus templum rotundo ambitu dedicasse, &
inscripisse Pantheon. Hinc & Pythagoras ut Deum
semper æternum ostenderet, à discipulis suis circumactu
corporis adorari jubebat, & à Numâ, test. Brissonio,
statutum, ut Deum adoraturi in orbem sese conver-
terent. Ergo Deus præcis est circulus, sed circulus si-
ne peripheriâ seu circumferentiâ & cujus centrum est
ubique, quoniam omnium principium simul & finis
est Deus, Iob cap. 26. meritissimò exclamat: Ecce Deus
magnus, vincens scientiam nostram: numerus annorum ejus
inestimabilis.

B Deinde repræsentarunt præci æternitatem per sphæ-
ram & globum. Ita Faustina Imperatrici moneta cu-
sa hæc formâ, & effigie: globus erat, cui insidebat Im-
peratrix, manum alteram protendens, sceptrum tenens
alterâ cum inscriptione, ÆTERNITAS. Hinc veterum
multi, mundum, quia rotundus, æternum fuisse cen-
suerunt, quibus aptè Divus Basilus responder: Circu-
laris sit mundus, at circuli principium est centrum.

C Tertio, ÆTERNITATEM præcis significabat & sella,
quæ æternam quietem designabant. Nasamones
Africae populi, majorem partem non tantum seden-
tes expirare, sed etiam hominibus humari volebant, qua-
si jam æternitatem & longam illam à laboribus cessa-
tionem adiissent: uti subinde hodièque Reges & Cæsa-
res, in subterraneis mausoleis componuntur sedentes
tacurnâ & lugubri majestate. Romanis etiam usita-
tum, mortuorum Imperatorum fustes statuas, simili-
bus sellis effulcire, ut qui jam fruantur æternitate. Sunt
homines qui secum ipsi rationentur sapientius in hunc
modum: En ego à curis & laboribus tam malè adhuc
habitus & oppressus, quin respiro, quin paulo nonni-
hil, quin labores hos & molestos, & longos delin-
diu satis laboratum est; laborent tandem & alii,
quantum ego: quiesco jam igitur, & cessô. Ita sellas si-
bi ponunt & ferias sibi indicunt, sed ò non diu dura-
ras! sellam locant, & quietem amplexantur, sed nec
loco suo, nec suo tempore. Quàm verè & sanctè au-
reus ille de Christo imitando libellus (lib. 2. cap. 12.)
aurem nobis velleat his verbis: Dispone & ordina omnia
secundum tuum velle & videre, & non invenies, nisi semper
aliquid pati debere, aut sponte aut invitè, & ita crucem semper
invenies. Et, Tota vita Christi crux fuit & martyrium, &
tu quæris requiem & gaudium? Ergo sella in celo locan-
da est, non hic; inter tot turbas quæta non stabit, &
ut par-

Turcæ
Deū sem-
per fuisse,
& semper
futurum
esse pro-
clamant.

Templa
rotunda cu-
Diis con-
structa.

1. Sphæra,

3. Sella,

Reges &
Cæsares in
subterra-
neis Mau-
soleis co-
ponuntur
sedentes.

Cur Sella
in celo lo-
canda, non
in terrâ.

Consideratio I. de Aeternitate.

2

ut parcant sella huic omnia, mors demum everteret. Requies vera speranda nulla est, nisi aeterna. Si tamen ulla sit quies in hac vita ista erit: totum se, suaeque omnia Deo Deique voluntati penitus committere, illi ex toto fidere, cetera omnia vana ducere. Ita nos instruens Ecclesiasticus c. 12. *Confide, ait, in Deo, & mane in loco tuo.* extra hanc animi quietem turbare merx, merum mare, & magni fluctus, & praesentes inferi. Sed ad praesens redeo.

4. Sol & Luna,

Quarto, per Solem & Lunam adumbrata est praesens AETERNITAS. Sol semper reviviscit, rursus quotidie videatur mori, & a seipso sepeliri; semper resurgit, dicitur quotidie in praecipuum eat & occidat. Ita & Luna nunquam non recrecit & ditatur, post menstruum suum paupertatem. Catullus bene monet in suis hendecasyllabis:

*Soles occidere & redire possunt,
Nobis cum semel occidit brevis lux,
Nox est perpetua una dormienda.*

In inferno perpetua est nox, & sine somno

Apud inferos certe perpetua ista nox erit, sed sine somno: nemo illic dormit, quia hic dormierunt cum vigilandum fuisset: illic est vigilans post somnum in peccatis non longum, sed ipsi tamen, si potuissent, longissimum fecissent, imo aeternum. Alia longe ratio in caelo. Ecclesia Romana canit de Christi Martybus: Lux perpetua lucebit Sanctis tuis, & aeternitas temporum, hic quies, hic voluptas est, post labores & vigilas non diuturnas.

In caelo perpetua lux cum quiete.

5. Basiliscus,

Quinto, per Basiliscum monstratur a veteribus AETERNITAS. Animal hoc omnium venenatissimum est, & solum, ait Horus Niliacus, humana vi manique interfecti nequit. Imo tam virulentum est, ut herbas necet solo afflatu, animalia cetera fugat vel sibilis suis, aves conticescere faciat quam primum adesse audire. Refert Alianus in Africa solitudine jumentum defecisse, & ad illius cadaver, velut ad convivium complures serpentes convenisse, at solo basilisci sibilo fugatos, arenis sese abdidisse. Aeternitas quae vel in gaudiis, vel in tormentis

Aeternitas in gaudiis vel in tormentis a nullo minui aut declinari potest.

erit, a nullo praecidi, minuique, multo minus tolli aut declinari poterit. Nec mirum si omnes, quibus est integra ratio, perterrefaciatur vel leviter cogitata. Infinita sunt huius basilisci volumina, immensi & involubiles gyri orbisque. Heu tremendum draconem! Hic ad nos paululum divertamus. Fit nonnunquam, cum in semer descendit quispiam, & instituenda confessioni conscientiam rimatur, ut copiosos serpentum nidos, & tota viperarum agmina reperiat, mireturque secum ipse; Et quae unde tantum veneni in meo pectore, unde tot pingues colubri, tot gravia, tot mortalia peccata? unde tantus laetorum exercitus, unde tot foeda & libidinosa cogitationes? horreo ipse tam numerosam pestem. Ne mireris, causam rei facile pandemus. Generandis serpenti-bus valde aptus est locus & humidus & neglectus, en, duplex causa, & humor loci, & negligentia eorum qui curare deberent. Idem prorsus est in animo humano: si plerique omnis cura impendatur corpori, delicatè id tractetur, laute nutriatur, epulis aginetur, voluptatibus mulceatur; animum, incolam illius, in humido habitare fatendum est. Si jam accedat incuria & neglectus divinatorum, vix ulla salutis ratio habeatur, modo saluum corpus, modo corpori bene sit, quidquid fiat animo; si deinde confessio sit rara, & fere perfunctoria, quid mirum plurimos huiusmodi serpentes, plurimas reperiri letales noxas? At, o bone Christiane, immitte pectori tuo hunc basiliscum, admittit cogitationem de AETERNITATE, & senties paulatim evanescere virosas has bestias. Fateris ipse cor tuum scateat his anguibz, signum ergo est te raro hactenus aut nunquam de AETERNITATE cogitasse. Emenda, & vel jam incipe assidue illud in animo volvere: Momentaneum quod delectat, aeternum quod cruciat.

Duplex causa generandorum serpentium, & in animo humano peccatorum.

6. Antrum,

Sexto, in hunc denique modum pingebatur AETERNITAS: Antrum karuebatur ingens, formidabile, hoc

circumplexu suo gingebar serpens, & in revolutione ista caudam sibi admonebat. Ad antri dextram stabat juvenis, amant & floridi vultus, arcum dexteram & duplices sagittas, laevam citharam gerens. Huic in ipso antri aditu senex seder oppositus, & attentum in tabellam vultum defigens scriptitavit, si quid vel caelestis globi motus, vel aditans juvenis diceret scribendum. Ad laevam huius spelci matrona salet exercitavit vultu & cano capite. Ad ostium specus quatuor sunt gradus, alius alio altior, primus ferreus, secundus aeneus, argenteus tertius, aureus quartus. In his ludentes & vagabundi perculi oberrant, lapsus & periculis secuti. Hae picturae est, pictura sensus est iste: Antrum AETERNITATIS incomprehensibilitatem significat; vipera in orbem replicata, Tempus; juvenis Deum, in cuius manu caelum, terra, inferi: terra & tartarum tela Numinis excipit, ceterum citharam dumtaxat novae & gaudia; senex ille fatum, seu, quod Deus ab aeterno effatus est; femina Naturam; distinctas aetates & saecula, gradus distincti. Puelli per gradus discurrentes, res creatas designant, maxime hominem in rebus suis salutis ludibundum, & in ipso AETERNITATIS ingressu jocantem. Eheu mortales, diu satis lulumus in ipsis summis periculis: Aeternitati proximi sumus, in illius aditu constitimus dum vivimus. Levissimo mortis impulsu fit, & jam in tota sumus. AETERNITATE. Non opus est ut mors magnis viribus in nos pugnet aut longo tempore momento praecipitamus, & e gradibus istis devolvimur in AETERNITATIS Oceanum. Cogitate, vos qui in gradibus his luditis, & omnia alia quam AETERNITATEM cogitatis, forsitan hodie aut cras in illa futuri.

II. Arcanus scripturae sensus aperitur

Apud hoc de pictura & typo AETERNITATIS, sacra pagina divina veritate non incommode interpellabit. Nabuchodonosor rex Babylonius, cum tres Cur flammam Hebraeos juvenes impia iusta detestantes, in accensam fornacem conjici iussisset, flamma super fornacem effusa est cubitis quadraginta novem. Res omnino miranda nec sine certo mysterio. Equis rapacissimae flammae volatiliem altitudinem tam accuratè mensus est, quis ille ascendit, & mensuram regulam applicuit, & cubitos non quinquagenos, sed novenos tantum supra quadragenosprehendit? Neque verò ita loqui solemus, sed viginti, triginta, quinquaginta numeramus, etiam paulo plures sint aut pauciores quos numeramus. Hic unicubitus ad quinquagesimum numerum deesse dicitur. Mysterium hic est & arcanus sensus. Numerus quinquagesimus lubilium olim significabat: at flammam in Orciniana illa Babylonia, etiam supra omnem modum tam in corpora quam ipsas etiam animas saeviant, & immane quantum supra omnes huius vitae cruciatu excre-scant, nunquam tamen eo pertingent, ut lubilei gratia attingant. Apud inferos lubilium nullum est, nulla venia, tormentorum finis nullus. Nunc illud lubileum est, non singulis tantum centenis aut quinquagenis annis, singulis diebus est, singulis horis, momentis. Una pars horula veniam nunc impetrare potest, quam non potest tota illic AETERNITAS. Una jam diecula plus debitorum potest dissolvere, quam in lustralibus ignibus ipsi totius anni, aut saecula.

Huic & aliam divinae paginae explicationem addamus. Cum Iordanem Dei populus transiret, aquae inferiores in mare solitudinis (quod nunc vocatur mortuum) descenderunt, usque quo omnino deficerent, & Ecclesiasticus: *Est, inquit, qui multa redimat modico pretio.* Duo haec testimonia scripturae conjungit Galfredus & super iis sic disserit: Si perennis tibi amaritudo debetur, & evadere potes, percipiens temporalem, magna utique parvo pretio redemisti. Fateor, mare est in quo navigas, sed mare mortuum, & quantas gratiarum actiones debes Deo, quod mare

Altera mare salum, insanum intrinsecabile moruas, & ecce illud *Altera* tibi mari mortuo miser corditer conmutatur, utinam per mare *Altera* mortuum ad terram viventium valeas pertransire. Comparat hic scriptor omnia hujus vitæ ad veram mari mortuo, æterna verò supplicia mari sallo & intrinsecabili. Nemo utrumque evadit, aut hoc aut illud navigandum est. Quid agis, o homo, (exclamat D. Chrysostomus) cælum paras ascendere, & interrogas ne qua tibi difficultas occurrat. Quidquid faciamus, hoc mare mortuū transcundum est, penes nos est an in tranquillū portū beatitudinis appellere velimus. *Fons sapientie, verbum Dei* in excelsis, & ingressus illius mandata æterna. Per mare hoc mortuum, in regionem vivorum, si alia non pater, quā vi mandatorum Dei. Oraculum liquidissimum habemus: Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Per hos fines aditur Aeternitas. Quod si ab hujus ævi Theologo queratur: Quid est ergo aeternitas? Est cæculus (dicit) in se recurrens, cujus centrum SEMPER, circumferentia NVNQVAM, hoc est, NVNQVAM FINIRI. Quid est Aeternitas? Est orbis undique rotundus, sui que similis, in quo non est principium nec finis. Quid est Aeternitas? Rota que semper volvitur, & volvetur in omne volubilis ævum. Quid est Aeternitas? Est annus jugiter revolutus, qui ubi moritur & occidit, ibi & renascitur rursusque oritur. Quid est Aeternitas? Fons jugis, in quo per meandros aquæ ad suam semper reflunt originem, ut iterum fluant. Quid est Aeternitas? Perennis scaturigo, juges emanans aquas, sed aquas vel benedictionis suavitatis, vel amarissimas maledictionis. Quid est Aeternitas? Labyrinthus innumeris sese gyris intorquens, qui ingressos perpetuò circumducit, circumagat & perdit. Quid est Aeternitas? Est abyssus spirarum & revolutionum; est spira semper gyrans & circulans in immensum. Quid est Aeternitas? Anguis orbiculatim in se reflexus, caudam ore complectens, qui in sui fine rursus semper incipit, & incipere nunquam desinet. Quid est Aeternitas? Est duratio semper præfens, est unum perpetuum HODIE, quod non transit in præteritum, aut futurum. Quid est Aeternitas? Est ævum ævorum, ait Dionysius, quod non interit, sed eodem modo semper se habet. Quid est Aeternitas? Est principium sine principio, sine medio, sine fine. Est jugiter interminatum, semperque inchoans principium: in quo beati beatā vitam continuò auspicantur, novisque voluptatibus perpetuò affluunt: in quo damnati semper moriuntur, postque omnem mortem mortisque luctum, rursus jugiter mori & cum morte luctari incipiunt. Quamdiu Deus erit Deus, tamdiu beati erunt beati, tamdiu regnabunt & triumphabunt; tamdiu damnati infandum ardebunt & clamabunt: Cruciamur in hac flammâ, cruciandi & torquendi Aeternum.

III. Aeternitatis locus, cur mansio dicatur?

De quo Leo Alexandrinus Pontifex Joannes, summæ pietatis vir, ægros viferebat sæpius, socium habebat quodotro Troilum Episcopum, numorū magis quā egrotorum amantem. Huic in aurē insulsiurans Joannes: Amabo, inquit, frater, amicos Christi juvenem. Callidus ad hæc Troilus, & animi morbu vafre dissimulans, pecuniā omnem, quam tunc servus rebus emēdis aliis secum ferebat, egenis dari præcepit. Nec ita multo post febriculā cepit tentari, quam ei creavit avaritia. Audiit hoc Alexandrinus Patriarcha, & morbi causam, quæ erat, facili conjecturâ affecutus, tantundem argenti, quantum nuper inter ægros distributum, secum ipse ad febrientem attulit, & producto nonnulli sermone: Jocabar, inquit, nuper, & æte stipem ægrotis rogabâ, cum ea sermo meo deesset, & in bonâ fide mutuos philippicos refero, & gratias ago. Vidit Troilus præsentem monetâ, & mox docilis illa febris remittere, & æstus mitigari, & omnia jam melius habere, itaque & ad prandium valentior surgere, & unâ ire ad mensam: secundum meridiem finit.

Tom. I.

que epulis Troilus domi dormire cepit, & suaviter meridiari. Vidit hic per somnium amplissimas aedes, & in ejus illarum fronte super januam titulum: Mansio æterna, & requies Troili Episcopi, gaudet somnians, sed mox aliud videt & dolet. Adest qui adductis secū operis seridū imperans: Tollite, inquit, hanc edium inscriptionē, & istam ejus loco suffigite: Mansio æterna, & requies Ioannis Archiepiscopi Alexandria, empti libris triginta argenti. Horruit ad somnium istud Troilus, nec vanū esse voluit, & ex avaro atque immidi, multo liberalior in egenos presertim, evasit. Hoc illi vel in somnis Aeterna illa mansio vita persuasit.

O beate mansiones, & ideo beate, quia æterna! Quā cupit Christus ut tabernulas nostras, & tuguriola brevituræ fastidiamus, illas amemus, ad illas properemus MANSIONES ATERNAS: In domo patris mei, inquit, mansiones multa sunt: nemo hinc arceatur nisi a seipso: loquens neminem excludit, longē quā amplissimus, tempus neminē expellit, mansio illic est, & quidē MANSIO AETERNÆ.

O æterne, misericors Deus! o æterna veritas! o vera charitas! o chara æternitas! caritati nostræ sic medere, ut è præsentibus & brevibus temporis agnoscamus futuras, horribiles, æternas pœnas. Ductos & doce nos, ut bona peritura sic possideamus, ne amittamus æterna: commissas noxas sic lugeamus, ut supplicium evadamus æternum; sic nos geramus in hospitio, ne MANSIONIBVS ATERNIS excidamus; sic progrediamur in viâ, ne repellamur à patriâ.

CONSIDERATIO II

In quibus natura representet Aeternitatem.

Aeternitatem ergo agnoverunt etiam idololatræ, Idololatræ qualemcunque illam, quā & per certa signa de agnoverunt. scripserunt, Deus enim illis manifestavit, ita ut sint inexcusabiles. Quāto jam commendatior debet esse hæc cogitatio Christianis, quibus æternitas aliter longē melius depingitur, propter quod inexcusabilis es, o homo, qui quis saluberrimam hanc Aeternitatis memoriam etiam monitus, tradis tamen securæ oblivioſi. Sæpe tibi in oculis sunt annuli & circuli, spherulæ & globi, sellæ & sessorū lectuli, sol & luna oculos identidem incurrunt. Et hæc aspecta Aeternitatis tibi memoriam ingerunt. Sed & Natura ipsa, bona mater, ea in publicum proponit, quorum aspectu auditūque ad Aeternitatem meditantem, invitatis.

Memorat Solinus, Arcadiæ lapidem (Asbestos dicitur) ubi flammæ semina cœcepit, continuis panē ignibus lapis semardere. Idē in delubris olim & sepulchris ex illo lampades cœcinnabantur. Cuius etiam D. Augustinus meminit. Adde Plinium, Volateranum, Dioscoridem, & alios qui mira referunt de lini quodam genere. Varii hoc nominis est, nam Asbestinum, Carystium, Indicum, Linum in- sed & vivum vocatur. Hoc igni non tantum non consumptibile quod- mitur, sed lavatur & extergitur. Idē Regum aliquot cadavera rogis injicienda & cremanda, tali linco fuerunt obvoluta, vitandæ consension cinerum, & his ab illis distinguendis. Ex hoc lino mātile habuit Nero, quod Nero ex contra gemmas atque aurum pretiosum, æstimabatur. hoc lino En tibi ducem & magistrā naturam, quæ digito id monstrat quod suam in ignibus mortem non reperiat. Ita damnati omnes ardebunt, & non deſagrabunt, urentur perpetuū, & nunquam consumentur, quærent in his flammis mortem, non reperient. Rectē Amandus exclamat: O ve æternum, nunquam finem habiturum! o finis si- ne fine, mors gravior omni morte; semper mori, & non posse unquam emori. Ita divinus Iſaias: Ignis eorum nunquam extinguetur. Et Apocalypticus ille angelus: Desiderabunt mori, Apoc. c. 9. & mors fugiet ab eis.

Salamandram in ignibus vivam aliquanto certē tempore durare posse, præter Aristotelem, Plinium, Galienum, Elianum, Dioscoridem, etiam D. Augustinus credidit.

A 2